



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Respondeo non ignorasse quæ esset arbor, cum in via esset, & crebrius visa, cum Martius esset, quo nec alie arbores fructus habebant.

Abstrudum autem est, a borem ad viam positam, quam sepe transit, Christo ignoratam, quia intima cogitatio non notat, & absentia peruidebat. Ficum esse ignorare non poterat, multo minus anni tempus ignorabat, quo nullos esse arbores fructus maturos sciebat. Nequicquam igitur hoc factum ad veteres Agnoëtarum hæreses reuocandas detorquet Caluinus, quem etiam Zvinglius in eodem errore antecessit, secutus est Beza, Danæus, Iunius. Quamvis Danæus infusam, & beatam Christo scientiam concedit. Stolidè tamen imaginatur, nisi Christus ignorantia obnoxius sit, fore illius scientiam diuinam parem. Non enim vtriusque obiectum distinguit. Christus enim per humanam scientiam præsentia nouit, & futura, quæ Deus cognoscit scientia visionis, non possibilia, non Deum ipsum comprehendit. Absit sane, ut animæ Christi omniscientiam essentialiter inesse dicamus, aut id posse, quod porrectinereat.

Caluinus porro Augustinus refutat. Serm. 44. de verbis Domini. Tales nos in scholâ Christi esse debemus. Qui enim dicit Christum propterea tantum scisse miracula, ut non essent nisi miracula, potest illum etiam dicere nescire, quænam quod non esset tempus porcorum, quando ficus quæsiuit in arbore. Non enim erat illius poni tempus, sicut Euangelista testatur. Et tamen gurienti poma quæsiuit in arbore. Christus nesciebat, quid gustum sciebat? Quod nouerat arboris cultor, non nouerat arboris creator. cum ergo esuriens poma quæsiuit in arbore, significauit aliquid aliud se esurire, & aliquid aliud querere: & arborem illam sine fructu solis plenam reperit, & maledixit, & aruit. Quid arbor fecerat fructum non asserendo. Quæ culpa arboris infecunditas? Sed sunt, qui fructum voluntate dare non possunt. Illorum est culpa sterilitas, quorum fecunditas est voluntas.

Omnis creata scientia accidens est. Millies clamat Aristoteles in *Metaphysicis* esse non *scire*, sed *συμπεθεῖν*, non substantiam, sed accidens. Solius Dei scientia est & ipsa Deus, essentia Dei. Longe etiam absumus ab errore Vbiuicistiarum, qui diuinam scientiam, & omnipotentiam realiter humanitati communicatam esse somniant.

Porro quod Danæus sententiam de omniscientia Christi nefandam hæresin Apollinistiarum, & Monothelitarum vocat, suam ipse cum maleuolentia infectam producit. Hæretici illi in Christo negabant esse *τὸν τὸν ἀνθρώπου*, humanam mentem, eius in locum *τὸν λόγον*, verbum substituiebant, itaque verum hominem Christum esse negabant, non enim caro sola hominem facit. Ita Apollinistæ, at Monothelitæ humanam in Christo voluntatem inficiabantur. Nos Christum verum Deum, verum hominem corpore & anima, quæ mentem & voluntatem habeat prædicitum confitemur. Diuinitate prorsus omnia scientiæ, etiam possibilia, humanâ scientiâ, omnia præsentia, præterita, futura cognoscere dicimus, cum sit Dominus, Iudex, gubernator omnium. Quod vero addit. Quid (p. 275.) sentiunt & scribunt, aut essentialiter illam omniscientiam animæ Christi, qua homo est, competere volunt, & sic animam Christi Deum, sed nouum & recentem constitunt, ac proinde sunt idololatæ. Pl. 81. v. 10. Rom. 1. v. 20. Galat. 4. v. 8. aut accidentaliter, nempe participatiue, communicatiue, & per effusionem, sicut Bellarminus loquitur, & sic equant Vbiuicistarii. Respondet noster Grefserus. Animam Christi creatam non increata scientia donatam. Alia prorsus est Vbiuicistarum ratio, qui diuinam omniscientiam cætera quæ attributa realiter humanitati esse communicata communiscunt.

Adami Conzen in Euang. Tom. 1.

§. 3. Zvinglius Ierosolymorum excidium sicut arboris parabola prædictum existimat, unde concludit fabulas esse, quæ de restitutione corporalis Ierosolymæ nugantur.

Respondeo. Ficum arefactam non modo Ierosolymorum, sed generatim Iudæorum esse typum, seu gentis Israeliticæ: In hunc tamen modum applicandam parabolam: ne dicamus omni prorsus fructu Iudæos caruisse, atque omnem plane vigorem spiritalem extinctum esse, ut nulla re Deo placeret. Quasi nullus in æternum ex Israel, vel ciuibus Ierosolymitanis sit conuerendus. Multi enim ab Apostolis conuersi sunt, multi etiam indies conuerterentur, & circa mundi finem plenitudo Iudæorum Ecclesiam ingredientur, ut Apostolus in Epistola Romana prophetat. Deinde in ea urbe mansit nobilis Christianorum Ecclesia, & post vastationem in hodiernum vsque diem Christiani eo in loco resident. Similitudo in eo igitur consistit, quod quemadmodum ficus exaruit, quæ sola folia sine fructu habuit, ita Synagoga quoque solis caeremoniis, & externis ritibus, sine Spiritus Sancti fructibus se effecerentem, esse desitutam, non restituta republica, aut legibus eius, vsque in æternum. Non igitur de lapidibus & lignis sermo est, sed de republica sacra, & profana, quæ non est in parietibus.

Hæc ita desitit, ut restituenda nunquam sit, ciuitas ad tempus restitueretur, sed maiore Iudæorum damno. Cum enim iam fructus deesset, frondes autem, & folia ad fructuum duntaxat tutelam, & ornatum datæ sint, ut poma foueant, à frigore, & calore defendant, noluit frustra illa Deus adesse, nec ornari arbores sine causa: illa ergo decuti subtrahendo succo voluit, ut appareret *τὸν δένδρον ψιλώτης* nuditas, toto orbe. Postquam enim redemptorem gentis impia abdicaui, omni iustitiæ fructu destituti regnum, sacerdotium, libertatem, Rempublicam, terram promissam amiserunt, caeremonias omnes, exulto templo Deus detraxit: iam enim toto orbe gens misera, & impia vagatur, & per omnia dura vitam exigit. Hæc autem Ierosolym non restituentur, quamuis urbs ipsa idololatriæ, & readificationis Antichristianismi metropolis iterum excitanda sit.

VERSVS 23.

Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentes principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: in qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?

QVÆSTIO I.

Qualem fidem exigit?

§. 1. **F**idem magnam, & solidam, & *κατὰ δύναμιν* firmam, non discernatis, non *hesitaueritis*, nempe inter magnum opus, & paruum; ne putetis leuem Fides maioribus sanari fide vestra posse, incurabilem non posse. Quod de monte dicit, legendum est tollere & iactare, per r caninam literam, non tolle te, & iacta te, per duas dictiones, & T literam, quæ crucis est symbolum, est enim *αὐτὸν*, & ita Mar. 11. 23. Luc. 17. 6.

§. 2. Caluinus hoc loco fidem precationi iunctam Oratio si requirit. Si enim tantum diceret fore, quicquid optabimus, quibusdam nimis imperio sam, & securam fidem vsumiri pronunciat, deinde subdit. Quare eos vere deum credere ostendit Christus, qui bonitate eius & promissionibus freti, suppliciter ad ipsum confugiunt. Hic vere locus ad vim naturamque fidei exprimendam

400
 menda in insignis est. nempe quod sit certitudo in
 Dei bonitatem recumbens, quæ dubitationem non
 admittit. Neque enim alios credere agnoscit Chri-
 stus, nisi qui indubie statuunt, Deum sibi esse propi-
 tium, nec hesitant quin daturus sit, quod petunt. Un-
 de perspicimus quam diabolico figmento fascinati
 fuerit Papias, qui fidem dubitationi permiscuit.

Fides qua
 sit necessa-
 ria.

Respondet, quam secure de certitudine affirmat,
 tam eandem facit argumentando infirmam: cum ne-
 gat quidlibet à Deo hominum votis concedi. Man-
 bit igitur in animo semper ille scrupulus, an hoc vo-
 tum sit eius generis, ut ei Deus concedatur sit: De to-
 ta igitur re ita statuendum est. Eos qui vera in Deum
 fide credunt, ad Deum suppliciter confugere, eiusque
 exorare clementiam, fidem autem oportere esse sine
 hesitatione, ne de potentia & bonitate numinis du-
 biteur.

Haecenus etiam fidem certam esse, ut rem, de qua
 celestem patrem interpellamus futuram non dubi-
 temus, modo conditiones omnes, quas Deus requi-
 rit, & quibus positis promittit, adsint. Hinc sequitur
 certum, non omnium vota exaudiri, & fatetur Calvinus;
 Christum non laxare habenas hominum votis, ut quilibet
 appetant pro arbitrio, non enim exaudita vota quæ montium
 in mare translationem poscerent. Ex quo apparet Cal-
 vinum restringere illud: Quicquid credentes petitis;
 Nempe tum nos consecuturos, si non sit aliud, quam
 id quod à Christo promissum est, & pro orationis ob-
 iecto propositum. Quandoquunque vero incertum
 est, an hoc singulari huic vel illi persone sit promif-
 sum, an verò inter ea, ad quæ votorum habent à Deo
 laxata non sunt, etiam incertum est, an Deus sit con-
 cessurus.

Montes
 translati.

§. 3. Quod vero montium translationem negat
 esse concessam, refutat id nonnulla historie: vnam
 omni antiquitati notissimam Euseb. l. 7. cap. 5. histo-
 ric adducit, de Gregorio Thaumaturgo, quod etiam
 Gregorius Dialog. 1. cap. 7. recenset. Nyssenus in vi-
 ta Thaumaturgi, de stagno sicato haud ignobilis
 miraculum recenset. Duo quidam fratres atate iuvenes,
 qui paternam inter se hereditatem nuper diuiserant, flagnum
 vnum vindicabant totum vterque habere contendens, & neu-
 ter alterum in societatem possessionis admittens. Permittitur
 igitur magistro litem dirimendi liberapetitas, qui cum ad lo-
 cum venisset suis ipsius legibus usus est ad arbitrium, reconcili-
 ationem suadens, & ut amice inter se concordarent, pacisque
 lucrum plura, quam id, quod ex prouentibus capere possent a-
 stimarent, adolescentes adhortans, nam pacis quidem commo-
 da in perpetuum & viventibus & mortuis permanere; redi-
 tum autem usum ad tempus quidem durare, æternam vero
 ob iniuriam habere condemnationem; & quacunque par-
 erat eum dicere, ad reprimendam insolentiam, & immodera-
 tam cupiditatem iuuentutis. Cum autem sine fructu esset
 eius adhortatio, & iuuentus exarsuaret, ac maiori ira incen-
 deretur, spelucris intumescens, & vtriusque ex subditis pa-
 raretur exercitus, & magna manus, cadis auida, furore at-
 que ira ducibus utens instrueretur; tempusque consiliis pra-
 stitutum esset: pridie eius diei, quo praelium vtriusque com-
 mittendum fuerat, cum homo Dei ad ripas stagni permanis-
 set, noctemque totam in vigilijs peregisset, miraculum quod-
 dam Moysaicum in aqua edidit, non quidem percussione virge,
 prosendum in duas partes discindens, sed oratione omnem
 eum lacum repente in incultam ac vastam terram redigens,
 continentem diluulo effectum ostendit aridum, & humoris
 expertem; adeo ut ne inconcuius quidem locus, vllas aqua reli-
 quias haberet, qui ante orationem instar pelagi exundabat:
 Atque ille quidem diuina virtute hoc interposito decreto, rur-
 sus domum redibat: adolescentibus autem rebus ipsis lata
 sententia contentiorem diremit. Cum enim id non amplius
 esset, cuius causa bellum inter se parabant, pax iram est con-
 secuta, & rursus natura se in fratribus ostendit. Ac nunc

quoque videre licet, diuina illius sententia eundem locum
 Nam vndique circum illum locum, qui olim lacus fuit, vbi
 quædam inundationis aqua adhuc etiam nunc extat.
 quidquid autem tunc erat submersum, & in fundo aquæ, ru-
 tum id transmutatum est in nemora, loca habitata, prata
 & arua.

§. 4. Denique fiduciam certam nisi ex Deo, vllam
 concipi posse negat. Nihil promitti discipulis, nisi se
 intra metas diuini beneplaciti contineant. Quam
 rationem si sequimur, nihil in oratione à nobis peti po-
 test, nisi de eius impetratione in Scriptura certi si-
 mus. Nempe hoc esse Dei beneplacitum, ut petenti-
 bus donetur. In hac tamen fiducia, non potest aliquid
 quam vel inanis iactantia, vel summa desperatio late-
 re. Iactantia quidem est, si oret, ut mones Deus tran-
 ferat peccatorem corrigat, pro speros belli detexat,
 pericula discutiat, fame, morbo, & liberet; nam nihil
 scriptum est, de diuino beneplacito, vel ita Deus ita
 nunc concedere, ac negare. Si vero quisquam ore,
 more Calviniano certi esse oportet. Deinde necesse
 est se qui in his omnibus desperationem consequendi
 eius, quod petitur. Si enim oranti meta diuini bene-
 placiti illa signata sunt, ut statim id petat, quod Deus
 promittit, non licet, quicquam orare eorum, quam
 promittit. Non orare pro illis, quæ iam in eis oratione
 enim illa speciatim Deus non promittit, nec certum
 sit euentura, orare vtor, ne vltra metas diuini bene-
 placiti euaget. Grati se bello iam trionnum misceat
 Calviniani, in magistratum insurgunt, & omnia com-
 mouent, pro victoria nemo eorum supplicare potuit
 supplicare potuit; nemini & certum fuit diuini bene-
 placitum, quo victoria Calvinianis concederetur.
 Non enim esse certum potuit de victoria quæ-
 ri.

§. 5. Neque conuitio diabolici figmenti in orem
 mur, nec fascinamur, ut fidei hesitationem infusa-
 mus. Quæ enim fide credenda sunt, animo infuso
 tenemus: pro quolibet articulo fidei ad mortem pa-
 rati, nec id sine causa dici, multa nostrorum docto-
 rum martyria testantur. Quicquid enim Deus creden-
 dum reuelauit, id totum sine dubitatione credimus.
 Inter quæ & illud plenum consolatione et edifica-
 Omnia nos impetraturos quæ à Deo supplices peti-
 mus, modo legitime adsint precandi conditiones.
 Calvinistas vero stulta presumptionis coniungimus,
 qui de paterno Dei in se amore securi coram eo uiliter
 se se audent, ac dicere.

Benevolentia tua iustificasti sumus, in omni secula
 rum genere iusti permanebimus. Hoc Calvinus, hoc
 Beza iactat, cum tamen de singulis nihil scriptum e-
 nunciet. Quod circa ab eâ iam presumptione pars do-
 ctorum reformatorum, hoc est, Reimondianum ab-
 scellit. Bene de amore Dei sperare iubemus omnes,
 timere tamen vnumquemque Deus, ipse iuberet,
 suo se crimine diuinitatis amore reddat indignum.
 Nescit homo, amore an odio dignus sit. Omnia e-
 nim in futurum seruantur incerta. Spero igitur in arti-
 mis fidelium, excitamus, perniciosam secularium
 presumptionem quæ iactantiam, quæ olim prædeh-
 nationum fuit heresis, execramur, idque in illo fasci-
 no cæcati, sed diuinorum eloquiorum splendore il-
 lustrati, & SS. PP. doctrinam secuti. Quia ipsa ve-
 ritas hoc vt dicant, aduersariis aliquando extorquet.
 Musculus locis Comment. de Orat. Nos autem non sem-
 per exaudiri, quod non semper quod petimus, sed
 aliud detur. Peccata autem semper nos impedire debent
 violentiam, crudelitatem, immiserordiam, dis-
 perbiam, diffidentiam, disceptationem, offensam, cen-
 citatem, torporem, distractionem. Cum autem sint
 tam multa impedimenta, quis certus erit, nullum di-
 bi adesse? 1. Ioan. 5. 14. Si quid petierimus patrem scien-

deus eius voluntatem, audit nos. Si quid aliud petimus, non audit. Eius vero voluntas non semper nobis certatim perspecta est. Quæ dare decreuerit, donec euentu rerum voluntatem ostendat, incertum est.

VERSUS 24.

Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi & ego dicam vobis, in qua potestate hoc facio.

QUESTIO I.

Cum Pharisei non responderet, sed eludere aliâ questione videtur?

§. 1. **M**aliciofa & infidiosa interrogatio hypocrisis. Meritarum alio responso digna non fuit. Nam quocunque Christus modo sese explicuisset, ad columnam traherentur. Deinde dubitare non poterant à Deo esse, quæ iam toto tempore viderant. Interim ea ipsa, quam proposuit questione responsum sufficiens habebant. Si enim confessi essent Baptismum Ioannis esse de cælo, & doctrinam prædicationemque: quod populus credebatur, testimonio etiam quod de Christo sæpius inculcarat credere oportuisset. Sinegrent, turbam timebant, ne eos lapidaret, si contra Baptismum loquerentur. Itaque grauitet eos perstrinxit: nam sciebant Baptismum dedisse testimonium de Christo, eumque Messiam priuatum, & publice proclamasse, nec tamen falsum eius testimonium dicere audebant metu lapidationis: at Christo, quod se Messiam diceret clam, palam, tantum se quam blasphemiam mortem machinarentur. Sciebant, an Ioannis præconium esset de cælo, quod dixerat Iesum Nazarenum esse Christum, non poterant Christum damnare, qui se præferebat eum esse, quem Baptista esse protestatus erat. Itaque in Christo etiam Ioannem damnabant, & impostorem iudicabant, qui Pseudochristum pro vero vendidisset. Sua igitur astutia, se ipsi circumueniunt, & in quos iudices esse demonstrant.

Negant vero illud, quod alii omnes scire se fatebantur. Quod si dubii de testimonio Ioannis fuissent, eos eos facere tot miracula poterant.

Occasionem autem capiunt, ut mox initio, in ipso templi ingressu eum percellant; Proponunt enim questionem *ἰδοὺ αὐτὸς ingressὸς ἵππῳ*, vel ut eodem sensu alia habent exemplaria, *ἰδοὺ αὐτὸς αἰνέσας, ingressὸς ἵππῳ*: Merito itaque eos alio responso non diguntur, quomodo enim crederent affirmanti, qui nec Ioanni, nec tot virtutibus in ipso momento authoritatem filii Dei testificantibus non credebant? Qui sanitatem gentis suæ oppugnabant, quam malebant morbis & miseriis contabescere, quam medici gloriam eius curatione inclarescere, & augeri. Tam excoli curatorem, ut ne beneficia quidem recipere ab eo vellent. Specioso prætextu vocationem obiciunt, quasi ille se iniussu Dei ingereret, cuius authoritatem in singulos dies, quasi exerta manu Deus inueibat. Non querebant ergo ut dicerent, sed ut respondentem illaquearent, quare aliâ eas questione abigunt.

§. 2. Mirari se fingebant, non vocatum docere. *ἰδοὺ λέγουσιν, ἰδοὺ αὐτὸς αἰνέσας ἵππῳ*, inquit Chrysostomus, τοὺς ἵππους ἐκείνους ἰδοὺ αὐτὸς αἰνέσας ἵππῳ; λέγουσιν ἰδοὺ αὐτὸς αἰνέσας ἵππῳ, ὅτι τοὺς ἵππους ἐκείνους ἰδοὺ αὐτὸς αἰνέσας ἵππῳ. Tale autem est quod dicunt: Quam-
Adami Conzen in Euang. Tom. I.

do tu magister sedem ascendisti, aut quando sacerdos ordinatus, quia tantâ potestate veris?

Christus illis respondere non potuisset, si signa non fecisset, nunc illi mirari nisi maleuole non poterant. Nos Sacerdotibus comparant Sæctarii, cum ab illis vocationis & missionis documenta postulamus: *missionem* vel humanam; si ab hominibus se missos affirmant; *miraculis* vel diuinam; si immediatam à Deo se potestatem accepisse glorientur. At nos illos Christo nequaquam conferimus. Nullo enim signo missionem astruere possunt. Quia enim potestate ad docendum prouenerunt illi, qui primæ religionem mutarunt? Signa igitur Apostolatus querimus, nec, nisi se vocatos doceant, credimus. Magna nobis causa est, ne veterem doctrinam deseramus, nisi se missos probent, ut religionem innovent. Lutherus sane in examinanda & credenda vocatione difficilis est. Epistola ad Borussiam ducem, edita anno 1532. scribit. [Testimonium, inquit, totius Sanctæ Christianæ Ecclesiæ (tamen si præter illud nihil nobis reliquum esset) solum nobis sufficere deberet ad insistendum in hoc articulo Cœnæ, & ad non audiendos planeque reiiciendos pharisaicos Spiritus: quia periculosum est & horrendum, quidquam vel audire, vel credere contra vnam rem, testimonium, fidem, & doctrinam totius sanctæ Christianæ Ecclesiæ, quæ ab initio vsque ad nos, supra M.D. annos in toto orbe terrarum concorditer sensit. Si nouus articulus esset, & non à principio Christianæ Ecclesiæ, neque in omnibus Ecclesiis, vel totâ Christianitate per omnem mundum spatia, creditus: non esset tam periculosum, vel horrendum, de eo vel ambigere, vel disputare, an recte crederetur. Sed postquam à principio, & quam late Christianitas patet, consentienter creditus fuit: is profecto, qui iam de eo dubitat, idem facit, ac si Christianam Ecclesiam non crederet, simulque non tantum damnat totâ sanctam Christianam Ecclesiam, tanquam damnatam hæreticam, sed ipsum etiam Christum, & omnes Apostolos, & Prophetas, qui articulum fidei nostræ, Credo sanctam Christianam Ecclesiam, fundarunt, & potenter testati sunt: ut Christus Matthæi vicesimo octauo inquit: *Ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi*; & S. Paulus 1. Timoth. 3. *Ecclesia Christi est columna & firmamentum veritatis*. Similiter redarguit eos propria eorum opinio: dum de textu inter se præliantur, & penes se prem vel octo, quot textus, tot sectas faciunt, neque certi quicquam docent: nec conscientias hominum constanter instrunt. Itaque moneo & rogo (ego Lutherus) ut Celsitudo tua istos homines vitet, nec esse in provincia sua patiat, secundum S. Pauli & S. Spiritus superiori loco adductum consilium. Considerandum enim est Celsitudini tuæ, si eiusmodi sæctariorum spiritus admitteret & ferret, quibus tamen obistere & occurrere posset; eius conscientiam horribiliter grauatum, & fortassis nunquam rursus placatum iri: non tantum propter animas, quæ, cum à Celsitudine tua feruari posset, seducuntur & damnantur: Sed etiam propter vniuersam sanctam Ecclesiam: contra cuius tam diu vsurpatam, & ad nos ductam & vbiq; firmatam, & vnanime testimonium, ut quidquid doceri sinatur, cum impediri possit, intolerabile est grauamen conscientie. Ego mallem, ut non tantum omnes sæctariorum Spiritus, sed omnium Regum & Principum sapientia & iura contra me testarentur; quam ut vnicum punctum vel litteram vnicam totius Sanctæ Christianæ Ecclesiæ contra me audirem vel viderem: quia non sicut ludi potest cum Pontificiis vel Cæsaris iuribus, vel aliis humanis traditionibus Parrum vel Conciliorum.] *Hæc Lutherus Euangelista Germania.*